

P I S A N N A

151

Non quia Pisani multum tua fœdera current,  
Aut sinè perfectis Baleæ remeare triumphis  
Optent, ista tuæ sunt constantissima menti  
Verba, nec obtuso memorabis singula sensu.  
Quicquid dico notans, tibi jam perpende quid  
infestet,

Es sapiens habitus, proprio sic consule regno,  
Ut valeas salvos tibi conservare fideles.  
Dixerat, & regis recipit mitissima verba:  
Thesauros cunctos, spolium promisit & urbis,  
Velleque pro Sancto Petro se regna tenere,  
Et pro Pisani patulo sermone fatetur.

Hincque citò sese spondet responsa daturum.  
Inde redit Narolus, Pisane verba cohortes  
Accipiunt, & amant pacem, laudantque, vo-  
luntque.

Zil. O. Obsidibus post hæc quæsitis pacta secundum  
tyrannus Nobilium natis, mutavit verba tyrannus.  
Nam legis non esse suæ præbere tributa  
Christicolis dixit, vel ab his regimen retinere,  
Firmat & hæc veterum consulta fuisse suorum:  
Albitione sati veterem miratus amorem,  
Absque sui culpa, vitioque fuisse remotum  
A se scire virum, cupidèque videre precatur.  
Hic regem quæsitus adit, secumque nepotem  
Dicit, & alterno regi coniunctus amore,  
Admonet, ut populi Pisani compleat omnem  
Ipse voluntatem: rex spondet, nec sinè fraude.  
Interea Pisana super pia lumina flectens  
Astripotens rector respexit ab æthere castra,  
Et quæ languerant, mox convaluere cohortes.  
Sed requies est nulla viris; in luce labores,  
Nocte repentina ferventia castra tumultu  
Crebro sollicitant stridentes Ismaelite,  
Cùmque die quadam nonne succederet horæ  
Océanique maris peteret confinia Titan,  
Stat vice qui Comitum campum petit inclitus

Ugo Cui Tempedes comites sunt atque Recuccus.  
Inter condensos cuneos memorabilis heros  
Signiferum petuit jaculi penetrabile ferrum  
Pectore subrixum fixit tellure ruentem.  
Hinc Libycus quidam ruit iictu stratus ab ejus,  
Ferrum gleba tenet pretentaque frangitur hasta.  
At pedes heroem Maurus jaculando requirit  
Atque frementis equi transfigit viscera ferro.  
Iratus jugulare parat Mavortius Ugo  
Barbaricum juvenem, medios quoque currit in  
hostes.

Debilitatus equus tenera cùm consedit herba  
Infremit, & Mauros ardentí lumine spectans  
Pugnat, & ense ferit se circumquaque petentes  
Multorumque simul conflictus excipit unus,  
Cui dum subveniunt Perlasius Ugo, Dodoque  
Dat properanter equum bene promptus ad ar-  
ma Recuccus.

Jussa Patres renovant, hoc nam prædantibus  
addunt,

Ut non defistant regionis tecta cremare  
Et jugulare viros, si quos reperire valerent,  
Ac solidos spondent equitis de vertice quinque,  
Pro jugulo peditis binos dare constituentes.  
Sic Baleæ regnum gladius populatur, & ignis,  
Inde viris nummi veniunt, Baleæque ruina.  
Pisanos equites cunctos jugulare, simulque  
Constitit in totis circumdare noctibus agmen,  
Tresque cœuces, noctis quibus alternare labores  
Continuos possent, & se recreare quiete,  
Sub tribus egregiè generosis distribuerunt.  
Ergo crux primæ curam Gualandus habebat  
Gualando genitus, fuit Ildebrande secundus  
Tradita cura tibi Gotti pulcherrima proles,  
Præsidet extremæ Leo clara propago Leonis.

Pisanus postq; sese nouere uicissim,  
castro  
gaudio deposito, duxerunt tata timore,  
Quanta foret dulci pro nato gaudia matri,  
Si captus dudu nō esset ab hoste reversus,  
Redderet aut fructum diuina potètia vite.  
Inde chateruatis villas montesq; petentes,

Trotf. In nūs

A

Armatasque rates Ebusi misere relicta—  
Pluribus  
Colloquis  
Armatasque  
Ceperuntque  
ferebant

Sinfor Hanc pyc allo  
Zeminal, vñal  
Kufa gatnūt

152

Hiloricati sociis comitantibus ibant  
Murales aditus crebro terrore petentes,  
Inque die castella super facienda m̄rafi,  
Ligna trahi, crates fieri properando jubeant.  
Dux Catalanensis, cui plurimus adfuit astus  
Ad loca sive vias, per quas iter esset ad urbem,  
Intentus spoliis multo cum milite stabat,  
Inque Saracenos præda jugulisque potitus  
Letales studuit crebro conferre ruinas.  
Hoc & idem studium præ cunctis Balcius heros  
Militiæ ducibus clarus bellator agebat,  
Qui si quem prompto poterat superare vigore  
Decapitabat eum, nec ei parcebat ob aurum.  
Per solitos mores gelido mediante Decembri  
Frigora multa dabant venti, canæque pruine,  
Albebant Baleæ nivibus tūm grandine montes.  
Arctabant Mauros furæ de frigore natæ,  
Nempe notabantur cum cantibus edere fletus,  
Quos proferre solent vigiles super ardua curæ  
Moenia. Pisani frigus gelidasque pruinas.  
Et gentes aliae letanti corde ferebant.

B Viribus at multis memorantes singula patres  
Colloquiis crebris bellum properare jubeant,

Armatasque rates Ebusi misere relicta,  
Cœperuntque leves pelagus sulcare carinæ.  
Sed prius à Balea puppis non magna recessit,  
Quæ veniens Ebusum fines poscebat Iberos.  
In rate jam dicta fuerat clarissima quedam  
In patriam rediens cum parvo fœmina nato.  
Sulcantem pelagus castris vidisse morati

C Et latuere prius ne conspicerentur ab ullo,  
Moxque sinus adiit castello prora propinquos,  
Ac prodire viri festinavere carina.

Dum loca scrutantes & equatis gressibus irent  
Exiliens Pisana phalanx promptissima Mauros  
Primitus obstantes jaculis gladiisque necavit,  
Sed servatur ab his cum nato fœmina parvo.  
Intrantes igitur navem sulcare parabant  
Pontum cum totis aptabant carbasa remis  
Cùm subito videre duas freta scindere puppes,  
Neque cito cursu remis, & fluctibus usq;  
Littora contigerant vicino proxima castro  
Interea Petrum Rex advocat: ille vocatus

Festinanter adit Regem, placideque salutat,  
Astutoque viro cautis sermonibus inquit:  
Ut bene cognovi rector carissime verum  
Sub primis verbis, conjungent fœdera tecum  
Pise, te memorem verborum credo priorum,  
Cum quibus acceleræs firmâ conjungere pacem,  
Dum potes, & citius facias quodcunq; requiriunt.  
Sum quia Pisanus, nec ob hoc mihi credere

sperne,  
Confiliisque meis si tu modò credere vitas,  
Adveniet tempus, quo Rex mihi credere velles,  
Et dictis parere meis, si posse daretur.

At Petro Baleæ respondit talia rector:

Petre volunt omnes thesauros tollere nobis,  
Nec quicquam penitus vestri dimittere cives,  
Divitiis pauci nostra ditantur in urbe.

E Æs tam grande dari non est etiam leve, paucis.  
Ultra posse meum dare me quid vestra requirunt  
Agmina, quod possum largiri querere current.  
Captivatorum, si reddo, sufficit, agmen,  
Et cum perpetuo linquunt mea fœdere regna;  
Unde viri vestri si non flectantur ad ista,  
Inter nos & eos fiet pro velle Tonantis.

Sic ait, auditis istis discessit uterque,

Cùmque dies fluerent, festinavere paratus  
Heroës Latii cogendo viriliter hostem;  
Hi villas, & rura petunt, pars obsidet urbem,  
Cædibus, & flammis regnum vastatur ubique.  
Tunc Arelatensis lustrans loca singula rector,  
Castra refutabat facta sinè strage videre,

Nem-

f. 52. Innumeris Mauris gladio stridente necatis,

Ad magnâ Baleam celeres fecere recursus.

Letati patres om̄s pplsq; ducesq;

Suptus ac uestes sociæ tribuere & receptis.

Interea

nal

stabant

crebo

corvus habebat

Qz

Suit. S.

pine

viribus at viribus

sulcare & ne in loco nro

hab aea

quo ad. sed d.c.

A

t p.8

his feminæ

Regue

Y rubru

el

c

ni

nit

Plat fortiale, rificet

sibi

g

retulit ad socios colludia

regia Petrus.

Suit. C. Dabat nro ab

afazantus

ndere